

2.

Ein angebliches Stammbuch Luthers.In der k. k. Hofbibliothek zu Wien ¹.

Von

Georg Loesche.

Die Stammbuchlitteratur ist noch nicht grofs ². In der Wiener Hofbibliothek befindet sich ein im gedruckten Katalog der Handschriften nicht verzeichnetes Heftchen von 24 Blättern, 10 : 16 cm, mit der Signatur XIII, 45, über dessen Herkunft nichts bekannt ist. Es dürfte unter Kaiser Maximilian II. ³ nach Wien gekommen sein, da es seit 1575 in der Bibliothek nachweisbar ist.

Der ihm gegebene Titel: Dr. Martin Luthers Stammbuch, dem alsbald die richtigere Bezeichnung folgt: Lutheri e schola doctorum virorum Autographa scripta, wird durch die nach Luthers Tod fallenden Daten der Eintragungen hinfällig. Durch die Luther sehr unähnlich darstellende Federzeichnung hinter der achten mag der Irrtum entstanden sein. In wessen Familie oder Stamm das Stammbuch gehörte, ist leider unaufgeklärt. Es ist der Beachtung nicht unwert, sowohl wegen der 26 Männer, die es vereinigt, als wegen der Gedanken und Sprüche, mit denen sie sich verewigen.

Die Arbeit des Herausgebers bestand, abgesehen von der an einigen Stellen mühsamen Entzifferung und der Unordnung falsch gehefteter Blätter, in der Feststellung der Personen und Citate; die ausgeschriebenen Bibelsprüche wurden nur nach dem Fundort

1) Herr Kustos Dr. F. Menčík hatte die Güte, mich auf diese Handschrift aufmerksam zu machen.

2) Vgl. Rob. und Rich. Keil, Die deutschen Stammbücher des 16.—19. Jahrhunderts, 1893. H. Petri, Wittenberger Stammbuchblätter aus dem 16. Jahrhundert. Progr. Pforta 1893. — „Mitteil. d. histor. Ver. für Steiermark“ I (1852), S. 148. — „Jahrbuch der Gesellsch. f. d. Gesch. d. Protestant. in Österreich“ XVI (1895), S. 53. — Nagl-Zeidler, Deutsch-Öster. Litteraturgesch. (1899), S. 479. — „Zeitschr. d. Ver. f. Thüring. Gesch. u. Altertumskunde“, N. F., XI (1895), S. 509 bis 525. — v. Kress, Th. J.-B. XVI (1897), S. 288. — Claussen, Ebd. XVIII (1899), S. 344. — Schmidt, Z. K.-G. XX (1900), Bblgr. S. 254.

3) Vgl. über ihn Loesche, Gesch. d. Protestant. in Österreich (1902), S. 5—8.

bezeichnet; die Rechtschreibung ist vereinfacht, die Satzzeichen sind geregelt.

1. *Scopus a Christo propositus, quo omnia Christianorum referenda sunt.*

Christus coelestis doctor novum quendam populum in terris instituit, qui totus e coelo penderet et omnibus huius mundi praesidiis diffusus, alio quodam modo dives esset, alio sapiens, alio nobilis alio potens, alio felix, quique contemptu rerum omnium, quas vulgus admiratur, felicitatem consequeretur. Qui nesciret livorem aut invidentiam, nimirum oculo simplici; qui nesciret spuriam libidinem, utpote sponte sua castratus angelorum vitam in carne meditans; qui nesciret divortium, quippe nil non malorum vel ferens vel emendans; qui nesciret jusjurandum, ut qui nec diffideret cuiquam nec falleret; quique nesciret pecuniae studium, ut ejus thesaurus in coelis esset repositus; non titillaretur inani gloria, ut qui ad unius Christi gloriam referret omnia; nesciret ambitionem, utpote qui quo major esset, hoc magis sese propter Christum submitteret; ut qui nesciret, ne lacessitus quidem irasci aut maledicere, nihil ulcisci, quippe qui et de male merentibus bene mereri studeret; qui ea morum esset innocentia, ut vel ab ethnicis comprobarentur; qui ad infantulorum puritatem et simplicitatem veluti renatus esset; qui volucrum ac liliorum ritu in diem viveret. Inter quos summa esset concordia nec alia prorsus quam membrorum corporis inter sese; intra quos mutua caritas omnia faceret communia, ut sive quid esset boni summi uteretur cui deesset, sive mali quidpiam aut tolleretur aut certe leniretur officio; qui doctore spiritu coelesti sic saperet, qui ad exemplum Christi sic viveret, ut sal et lux esset orbis, ut civitas in edito sita omnibusque undique conspicua; qui quicquid posset, hoc omnibus juvandis posset; cui vita haec vilis, mors optanda immortalitatis desiderio; qui nec tyrannos timeret nec mortem nec ipsum denique satanam, unius Christi praesidio fretus; qui modis omnibus sic ageret, ut ad aeternum illum diem semper esset velut accinctus et paratus.

Trost warer Christen von Christo, der sie mit seinem theuren Blut von Sünd, Tot, Hölle und Teufel erlost hat.

Dafs Christus Jesus ist: Bruder, Diener, Erlöser, Fromkeit, Fürsprech, Gerechtheit, Gnadenstuhl, Haupt, Hirt, Hofnung, Heiland, Kunig, Leben, Liecht, Mitler, Nothelffer, Opfer, Priester, Reinigung, Segen, Schutz, Schirm, Verdienst, Trost, Unschuld, Warheit, Weg, Sündentreger etc. 1 Cor. [1, 30 b] ¹.

Summa: Wer den Christum haben will, der mufs Leib, Leben,

1) In lateinischem Text.

Gut, Ehr, der Welt Gunst und Gnad dahin setzen und weder Verachtung, Ondank noch Verfolgung sich lassen erschrecken.

Sed quid tandem aliud est vita Christi disciplinae evangelica, quam censura severissima prudentiae civilis, quam acris refutatio humanae sapientiae, quam hypocritiae fastus, quam ironia sacerdotalis acerba castigatio et traductio. *Κλιμαξ*. 2 Petr. 1 [5]¹.

Caspar Hedio². D. Argent. a. 1550.
mense Aug. Amicitiae ergo.

2. Ut ferrum rubigine consumitur nisi exerceatur, ad eundem quoque modum ecclesia et pii relanguescunt ac deteriores fiunt, nisi per varias excitentur afflictiones, quas idcirco Deus immittat, ut intelligant, longe aliam esse hereditatem, quae ipsis obventura sit post hanc vitam aerumnosam.

Jo. Sleidanus³. 1550.

3. Οἱ γὰρ θεὸν σέβοντες ἐλπίδας καλλὰς ἔχουσιν εἰς σωτηρίαν.
Philemon Comicus⁴.

Θαροὶ βοηθεῖν πᾶσι τοῖς ἀξίοις εἶωθεν ὁ θεός.
Ariston.

Nicolaus Gerbelius⁵.

D. J. Christi An. L. Die XXIII Augusti.

4. Jesai 51 [12b—13b]; [7]⁶.

Erhartus Schnepfius⁷. D.

Anno Domini 1556. XXVIII Septembris.

Ratisbonae in Comitiiis.

5. Ipse dixit, Ipse mandavit, non ego⁸. Pestis eram vivus, moriens ero mors⁹ tua. — Cette chose fausse a la haste¹⁰.

6. Christus anno aetatis suae 34. die Martii 14. ingressus iter ex deserto a Jordane duo milliaria ab Jericho, in quo itinere sanavit caecum. 15. die mansit in Jericho apud Zachaeum; 16. iter a Jericho ad Bethaniam. Nam Jerichus distabat a Jerusalem paulo plus quinque milliariibus. 17. die excitatus Lazarus ante diem Palmarum. 18. die mansit in Bethania apud

1) In griechischem Text.

2) Vgl. ADB. XI, 223f. HRE³ VII, 515.

3) Vgl. ADB. XXXIV, 454.

4) Theoph. ad Autol. III, p. 385. Epiphan. in Ancyr. p. 512, 30. Meineke, Fragmenta Comicorum Graecorum (1847), p. 860 XC.

5) ADB. VIII, 716.

6) In lateinischem Text.

7) ADB. XXXII, 168.

8) Darunter Luther-Brustbild in Federzeichnung.

9) Statt mors ist ein Totenkopf gezeichnet.

10) Wohl im Vergleich zu dem Wortlaut Hosea 13, 14? oder in Bezug auf die mangelhafte Ähnlichkeit des Porträts?

Lazarum. 19. coena cum Lazaro in Bethania in sabbatho, ut narrat Johannes. 20. dies Palmarum. 21. die maledixit ficui. 22. coena in Bethania in domo Simonis apud Marcum. 23. Judae pactio. 24. Dies prima azymorum et coena vesperi. 25. crucifixio. 26. die in sepulchro, qui fuit sabbathum. 27. resurrectio, *ἡμέρα κυριακή*. *Ἐξ ὥραι μύχθοις ἰκανώταται· αἱ δὲ μεν' αὐτὰς γράμμασι δεικνύμεναι· ζῆσι λέγουσι βρωτοῖς*. Duplices sunt horae, *ἰσημεριναί*, aequinoctiales et *καιρίται*, temporales. Hora aequinoctialis est pars vicesimaquarta *νυχθημέρου* seu diei civilis, ut jureconsulti loquuntur. Hoc genus horarum perpetuo aequale est et ubique gentium in usu nostra tempestate. At veteres utebantur horis temporalibus, quemlibet videlicet diem seu noctem in duodecim partes aequales distribuentes. Unde aestivae horae diurnae prolixiores erant horis brumalibus diurnis. De his horis Christus loquitur: Nonne XII horae sunt dies? Et quia horas diurnas numerabant ab ortu solis, finis sextae horae congruebat ad meridiem seu nostram duodecimam. Obscuratio igitur solis praeternaturalis in plenilunio sub passionem Domini nostri facta est inter duodecimam horam nostram et tertiam pomeridianam.

Erasmus Reinoldus Salvelden ¹ 1547.

cum O + ² esset mense Martii Hesperus et Phosphorus.

7. Paulus ad Philippenses [2, 13] ³. Promissio est, quae consolatur imbecilles, qui initia fidei habent, postea vero difficultatem certaminum et tentationum metuunt. His promittitur auxilium. Si discis et amas euangelium, scito te jam habere semina fidei. Perseveres igitur et scias certo, deum tibi adfuturum esse; scias et deum velle sic regere ecclesiam, ut intelligamus, non omnia humanis consiliis posse perfici, sed ipsum adesse. Et diserte addit Paulus, *ὅτι ἐξ ἐξουσίας*, ut sciamus, ideo deum sibi servare reliquias, et in eis efficacem esse, quia non vult genus humanum frustra conditum esse, sed aliquam partem esse, quae ipsi grata faciat, videlicet ecclesiam, in qua ut simus, euangelium amplectamur et amemus.

Philippus Melanthon. 1546.

8. Ps. 25 [21] ⁴. Docet sententia, innocentiam ubique tutam esse et in rebus adversis a deo petendum et expectandum auxilium.

1) ADB. 28, 77.

2) Kein richtiges astronomisches Zeichen, kann nur als Schreibfehler bezeichnet werden. Ohne Zweifel ist ♀ = Venus gemeint, die ja auch allein als Abend- und Morgenstern in Betracht kommt; denn Merkur ist dem bloßen Auge nicht gut sichtbar, auch sein Zeichen noch mehr von dem obigen verschieden.

3) In griechischem Text.

4) In hebräischem Text.

Ps. 145 [18. 19]¹. Ps. 111 [10a]¹. Ps. 34 [10b]¹.
Sophocles² Ἀναρχίας γὰρ μείζον οὐκ ἔστι κακόν.

Nico. Glossenus³. 1546.

Superattendens Magdeburgensis⁴.

9. Paulus 1. Corinth. XI [32]⁵. Sola doctrina ecclesiae dei monstrat veras causas calamitatum humanarum et vera remedia. Inde igitur consolatio petenda est ac sciendum, omnes afflictiones aut esse τιμωρίας, ut exilium Daudidis aut δοκιμασίας, ut afflictiones Joseph, aut μαρτυρίας, ut Johannis Baptistae, aut λύθρα, ut solius Christi Gregorii Nazanzeni: μήτε τὸ ἀλγεῖν ἀπαραιμύθητον, μήτε τὸ εἶ πρόττειν ἀπαιδαγώγητον μενέτω.

Caspar Cruciger⁶.

1546.

10. Ὅσον ἔην θεοῦ εἰρήνη δώρημα μέγιστον νῦν ἐν τῷ πολέμῳ καιρῷ ἐπιστάμεθα. Hippoc. li. 6 Epide⁷. Ἀσκησις τῆς ὑγείης ἀκορή τροφῆς ἀοκνή πόνων.

Antonius Niger⁸ medicus Braunsuigensium
anno 1546 mense decembris.

De⁹ Locis commun. Mel. Hac casti maneant in religione nepotes.

11¹⁰. Paulus Rom. VIII. [31b—34]¹¹. Vult Paulus, ut in lucta conscientiae territae conspectu peccatorum et iudicii dei consolemur nos consideratione mirandi operis, quod deus filium coaeternum καὶ ὁμοούσιον misit in hanc carnem, ut nos liberaret a peccato et morte et reconciliaret patri. Tribuit autem Paulus Christo hic quatuor officia; quod factus pro nobis victima impe-traverit veniam peccatis nostris; quod resuscitatus a morte vicerit et aboleverit mortem aeternam; quod sedens ad dexteram dei patris regnet et suam infirmam ecclesiam regat ac defendat ab insidiis et furore diaboli et tyrannorum; quod denique intercedat apud patrem pro nobis infirmis et adhuc multipliciter contaminatis

1) In lateinischem Text.

2) Antigone V. 672.

3) Superintendent 1543—1547, gest. 6. Juli 1547; vgl. Fr. W. Hoffmann, Gesch. der Stadt Magdeburg; neu bearbeitet von Hertel und Hülff, 2 Bände (1885) I, 443 f. 502 f.

4) Diese Worte von anderer Hand.

5) In griechischem Text.

6) ADB. IV, 621. HRE^s IV, 343.

7) Ἐπιδημιων; ed. Kühn III (1827), 605. Ἀσκησις ὑγείης, ἀκορή τροφῆς, ἀοκνή πόνων.

8) Jöcher, Ergänz. V, 724.

9) Dieser Satz von anderer Hand.

10) Die nächsten drei Seiten sind die falsch gehefteten.

11) In griechischem Text.

ac impetret et mittat nobis spiritum sanctum, a quo doceamur, regamur, confirmemur in hac caligine mentis nostrae et ingentibus aerumnis huius miserae vitae. Erigamur igitur et sustentemus nos in omni afflictione fiducia filii dei, qui nobis est factus victima, triumphator, rex, pontifex.

Anno 1546 quo Caesare prosCrIbente dVCes sVb fata LV-therI InfoeLIX saeVo qVatIetVr gerManIa beLLo¹.

Paulus Eberus² Kyzingensis.

12. [Ps. 119, 105]³.

Caspar Bornerus⁴.

13. Ἀσχολούμεθα γὰρ ἵνα σχολάζωμεν καὶ πολεμούμενα, ἵνα εἰρήνην ἄγωμεν· et paulo post: οὐδεὶς γὰρ αἰρεῖται τὸ πολεμεῖν τοῦ πολεμεῖν ἕνεκα, οὐδὲ παρασκευάζει πόλεμον· δόξαι γὰρ ἂν παντελῶς μισαιφόνος τις εἶναι, εἰ τοὺς φίλους πολεμίους ποιοῖτο, ἵνα μάχαι καὶ φόνοι γίγνουντο. Ἀριστοτ. ἐν τῷ κατὰ τῶν ἠθικῶν⁵.

Volfgangus Meurerus⁶.

14. Frustra praetereunt leges quem non absolverit conscientia.

Georg Sabinus⁷.

15. 1. Timoth. 1 [15]⁸.

Joachim Camerarius pater⁹.

16. [Psalm 42, 4]¹⁰.

Alexander Alesius¹¹.

17. Johannis VIII [12 bf.]¹². Et quod hic ἐμφατικῶς servator noster dicit, hoc omnes prophetae et universa scriptura testantur. Quando quidem humana mens sic est obtenebrata per peccatum, ut iure dici possit merae tenebrae, quae neque per philosophiam naturalem neque per philosophiam moralem et ne per eam quidem, quae μετὰ τὰ φυσικὰ nominatur, illuminari possit, Christus solus est, qui est lux vera, quae illuminat omnem hominem in hunc mundum venientem, quo sic in luce domini et euangelii ambulemus. Jesaj. 2 [5]. Non desidendo sed proficiendo de

1) Die großen Buchstaben ergeben 1546.

2) ADB. V, 529. HRE³ V, 118.

3) In lateinischem Text.

4) Köstlin, Luther, s. v.

5) Aristoteles, Nikomach. Ethik, Buch X, Kap. 7 (1850 II, 124).

6) ADB. XXI, 538.

7) ADB. XXX, 107.

8) In griechischem Text.

9) ADB. III, 720. HRE³ III, 687.

10) In hebräischem, griechischem und lateinischem Text.

11) ADB. I, 336. HRE³ I, 336.

12) In griechischem Text.

fide in fidem, ut qui justus est justificetur adhuc et qui sanctus est sanctificetur adhuc. Rom. 1 [17]. Apoc. 22 [11].

Johannes Langus¹.

Erphordiae Anno 1547. Aprilis VI.

18. Psalm 37 [7. 5b]. Quemadmodum Phoenices eo directius gubernant, quod eam teneant: Quae cursu interiore brevi convertitur orbe, ut ait Aratus², ita nos dirigamus actiones in vita ad certam normam divinitus traditam. Nulla autem melior neque praestabilior proponi potest quam haec ipsa psalmi sententia. Primum enim praecipit, ut deo pareamus et obediamus in vocatione seu magna seu parva, atque in ea summam diligentiam et fidem praestemus. Deinde postulat seriam et ardentem invocationem, in qua petamus nos a deo servari, regi ac defendi. Nam haec invocatio praecipuum discrimen facit inter ecclesiam dei et alias gentes, quae florent opibus, potentia et imperio. Postremo hortatur nos, ut exitum deo commendemus. Ut enim nautae non possunt compescere luctantes ventos, tempestatesque sonoras, ita eventus consiliorum et actionum non sunt in nostra potestate, sed a deo expectandi sunt, sicut Moyses in aditu maris rubri liberationem mirandam et inusitatam expectabat.

Victorinus Strigelius³ Kaufbeurensis.

Anno 1546 Die 2. Decem.

19. Matth. ultimo [28, 20b]⁴. Dulcissima consolatio. Ergo semper erit ecclesia et talis coetus discipulorum, in quo praesto adsit et maneat Christus; is vero coetus est, ubi sonat vox euangelii de Christo, in quo coetu qui est, non metuat. Nam etsi Fractus, ut ille⁵ ait, illabatur orbis, ferient impavidum ruinae etc.

Vitus Winsemius⁶.

20. Psalm 27 [4]⁷. Hanc summam felicitatem David esse putat, id quod et Christus Matth. 6 dicit [V. 33]⁸, et quomodo is non vere beatus dici possit, qui filium dei audit et osculatur ac propterea domesticus dei factus in cujus protectione in saecula saeculorum commorabitur? Amen.

Brunsvigae 10. Decembris anno 1546.

Nicolaus Medleri⁹ D.

1) Köstlin l. c. s. v. Gest. 1548.

2) Cf. Cicero in „Arato“ (Poetae latini minores ed. Baehrens I [1879], p. 4), wo auch die Phönizier vorkommen.

3) ADB. XXXVI, 590.

4) In griechischem Text.

5) Horaz, Oden III, 3, 7.

6) ADB. XLIII, 462f.

7) In hebräischem Text.

8) In lateinischem Text.

9) ADB. XXI, 170.

21. [Luc. 11, 28] ¹. Bone deus, tu praedicas eos beatos, qui te audiunt; quanto justius nos te beatum praedicaremus, qui dignaris loqui nobis. Quasi indigeas nostro auditu et nos non tuo sermone! O patientia, O bonitas divina. O nostram ingratitudinem et stuporem!

Johannes Lutherus ².

Mein Leben pestis gewesen ist,
Du Pabst wol inne worden bist,
Nu aber mein ruhschlaf in Gott
Soll sein dein schad und bitter Tod.

ML. ³

22. Galen. lib. tertio de usu ⁴.

Ἀλλὰ γὰρ ἴσως εἰ ἐπὶ πλέον τοιούτων μνημονεύοιμι βοσκημάτων, οἱ σωφρονοῦντες ὀρθῶς ἂν μοι μέμφοιντο καὶ μιαινὴν φαῖν ἱερὸν λόγον, ὃν ἐγὼ τοῦ δημοουρήσαντος ἡμᾶς ἕμνον ἀληθινὸν συντίθημι, καὶ νομίζω τοῦτ' εἶναι τὴν ὄντως εὐσέβειαν, οὐχὶ εἰ ταύρων ἐκατόμβας αὐτοῦ παμπόλλας καταθίσαιμι, καὶ τὰ ἄλλα μυρία μύρα θυμιάσαιμι καὶ κασίας, ἀλλ' εἰ γνώην μὲν αὐτὸς πρῶτος, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξηγησαίμην, οἷος μὲν ἐστὶ τὴν σοφίαν, οἷος δὲ τὴν δύναμιν, ὁποῖος δὲ τὴν χρησιότητα. τὴ μὲν γὰρ ἐθέλειν κοσμεῖν ἅπαντα τὸν ἐνδεχόμενον κόσμον καὶ μηδενὶ φθορεῖν τῶν ἀγαθῶν τῆς τελεωτάτης χρηστότητος ἐγὼ δεῖγμα τίθεμαι, καὶ ταύτη μὲν ὡς ἀγαθὸς ἡμῖν ὑμείσοθω.

Doctrina de structura corporis humani mentes nostras ad pietatem exuscitat; expressa enim vestigia divinitatis in nostro corpore ostendit. Unde Paulus ait ⁵, deum nobis tam prope esse, ut manibus prehendi possit. Agendae itaque deo sunt gratiae pro his beneficiis, et orandum, ut haec studia ad gloriam sui nominis conferant.

Jacobus Milichius ⁶ medic.

23. Jesaj. 9 [6] ⁷.

Illustre vaticinium est, in quo propheta primum testatur, Messiam esse verum deum pro nobis hominem factum; apertis enim verbis eum hic vocat deum fortem ac aeternum patrem,

1) In lateinischem Text.

2) Köstlin l. c. s. v.

3) Die vier Zeilen von anderer aber nicht M. Luthers Hand; s. oben Nr. 5.

4) partium corporis humani; περὶ χρείας τῶν ἐν ἀνθρώπῳ σῶματι μορίων λόγος. Ed. Kühn III (1822), p. 237sq.

5) Rom. 10, 8. Act. 17, 28.

6) ADB. XXI, 745.

7) In hebräischem Text.

qui suum regnum in humero ferat, et puerum nobis natum ac datum. Mireque nos consolatur, cum dicit, hunc deum fortem et hominem nobis natum ac datum. Per hoc enim significare voluit, sic deum patrem dilexisse mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed vitam aeternam habeat.

Nec illud consolatione caret, quod hic Messia deus et homo pro nobis natus et datus etiam fortis ac aeternus pater dicatur, qui suum regnum, hoc est, suam ecclesiam in suo humero habet et gestat, ne propter Satanae insidias et nostram imbecillitatem de promissione dei et nostra salute dubitemus. Messia etiam hic mirabilis aut potius mirandum dicitur, quod caro et sanguis regni sui claritatem non percipiat; princeps pars, quod in ipso pacem, in mundo autem pressuram habemus.

Theodorus Fabricius¹ D.

Superattendens in ducatu principum ab Anhalt².

24. Rom. VIII [26]³. Ibidem⁴ Paulus dicit: Qui spiritum Christi non habet hic non est ejus. Quid facit spiritus sanctus in nobis? Clamat ad deum. Galat. 4 [6]. Misit deus spiritum filii sui in corda nostra clamantem: Abba pater⁵. Itaque qui non clamat, non est Christianus. Joh. 4 [23]. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu, fide et veritate et euangelii cognitione.

Joh. Bugenhagen Pomeranus⁶. 1546.

25. Joh. 17 [3]⁷. Cum igitur nulla certa et firma dei cognitio extra verbum in quo se Jesus patefecit, esse possit, gratum nobis sit verbi divini studium. Dulcis sit eius inquisitio et meditatio, quae, ut Christus hic testatur, vita aeterna est. Ev. Johan. 5 ait: [V. 39]⁸.

Georgius Maior⁹ d.

1546.

26. Ezechielis de cap. 33 [12].

Sic ego perpetuo vivax in numine numen

Imperio aeternum vivo vigente deus:

Non ego delector, pereuntis cernere mortem,

Quae facit admisto crimine culpa reum.

1) Jöcher, Ergänz. II, 993.

2) Zusatz von anderer Hand.

3) In lateinischem Text.

4) Rom. 8, 9.

5) Ib. 8, 15.

6) ADB. III, 504.

7) In lateinischem Text.

8) Desgl.

9) ADB XX, 109.

Sed volo, ut emendans perversae crimina vitae,
 Imposita melius sub cruce discat iter.
 Et mecum vivens aeterna luce fruatur,
 Quam colit aethereas turba beata plagas.

Joa. Stigelius¹ 1546.

27. Luc. [24, 45 b—47]². Summam doctrinae Christianae hoc loco nobis Christus proponit, ut sciamus nobis in vera et perpetua poenitentia, hoc est agnitione peccatorum nostrorum vendendum esse et simul statuendum, deum omnibus agnoscentibus sua peccata et credentibus in Christum velle propitium esse, permittere peccata et donare vitam aeternam ac spiritum sanctum.

Johan. Marcellus³.
 Regiomontanus 1546.

1) ADB. XXXVI, 228.

2) In griechischem Text.

3) Jöcher, Ergänzung IV, 649. Buchwald, Ordiniert.-Buch II, 1083.

3.

Die drei Kirchen Augsburgischer Kon- fession in der Freigrafschaft Düdinghausen,

ihre Vorgeschichte, ihre Entstehung und ihre
 Schicksale während und nach der Zeit der
 Gegenreformation.

Von

Aug. Heldmann,

Pfarrer zu Michelbach bei Marburg.

Die Südwestgrenze des Fürstentums Waldeck bildet einen einspringenden rechten Winkel. In diesem Einschnitt liegt die ehemalige Freigrafschaft Düdinghausen. Dieselbe gehörte nebst den Freigrafschaften Grönebach, Münden und Züschen und den Städten Hallenberg, Schmallebenberg und Winterberg zu dem Amte Medebach und umfasste die drei Kirchspiele: 1. Düdinghausen mit